

storem, qui animam suam ponit pro ovibus. Quapropter in nostram consolationem illud considerantes.

I. Cognoscamus occasionem hujus concionis.

II. Propositionem.

III. Confirmationem.

DE I. LOCO.

Joh: 9. CHRISTUS visum restituerat cæco in Sabatho, id ægre ferentes Pharisei, calumniantur: dicentes illum non esse ex Deo, quod non observasset Sabathum: at Christus se bonum Pastorem esse affirmat. *V S V S.*

1. Notanda venit ingratitude mundi, qui maxima beneficia summâ ingratitude recompensat.

2. Apparet Christum coactum fuisse, de officio suo verba facere, & non propriam laudem quæsisse.

3. Ecclesiæ ministris, ut & cuiq; Christianorum concessa est legitima defensio.

DE II. LOCO.

Nü: 27. *Ego sum Pastor: sc. à Mose desideratus.* *V S V S.*

His verbis dulcissima quasi imagine
animum